

fugere, aut dispensationem inde obtinere non potest; tamen ex loco hoc paupertatis titulo raro, aut nunquam necessitas urgens confurgat; eò quòd ad procurandam Romã, vel à Nuncio Apostolico dispensationem pro solo Foro interno, super occulto impedimento prorsus nullæ expensæ requirantur: liquidem sacra Pœnitentiaria (apud quam Romæ dispensatio pro Foro interno sollicitari debet juxta dicenda infra) pro dispensatione prorsus nihil prætere, nec sponte oblatum accipere potest. Nec opus est, ut conjux ipse se Romam conferat, & itineris expensas faciat, cum totum negotium unicâ Epistolâ absolvi queat, quam quis Confessarius ex charitate libenter gratis scribit, & Romam dirigit, indeque dispensationem sibi missam pœnitenti consignat, juxta praxin infra docendam, ut proin ad summum non nisi pro Posta, cui litteræ committuntur, facere oporteat expensas, quæ tam magnæ non sunt, quin eas etiam pauper saltem mendicando, breviter, & faciliter habere valeat; imò etiam hæc sæpè non sunt necessariae, si nempe ipsimet Confessarii pro pœnitentibus scribunt, & Dispensationem procurant, prout ordinariè fit, & fieri debet juxta dicenda infra.

52 Hinc etiam inutilis ad propositum videtur questio illa, quam plures DD. faciunt; An in casu, quo impedimentum habentes media non habent ad solvendas expensas necessarias pro Dispensatione, illas subministrare teneatur Episcopus, eò, quòd juxta primùm dicta, ad impetrandam Dispensationem super Impedimento occulto pro solo Foro interno nullæ sint necessariae expensæ. Aliud est si procuratur pro Foro externo, de quo infra. Unde videntur DD. paupertatem pro urgente necessitate allegantes, confundere dispensationem, quæ fit pro solo Foro interno, cum ea, quæ fit etiam pro Foro externo. Et hæc pro praxi notare oportuit.

53 Si quæras, quemnam ergo reddat necessitatem urgentem? Resp. Ea, de quibus diximus in Conclusione num. 47. Videlicet I. Si nullus, vel difficillimus patet aditus ad summum Pontificem, prout contingere potest tempore Schismatis, aut belli, quo etiam Litteræ ad Sedem Romanam impediuntur; item ubi pimia est locorum distantia (qualis tamen esse non videtur inter Germaniam, Galliam, & Hispaniam ex una, & Romanam Curiam ex altera parte.) II. Si gravis causa & necessitas secum habeat in mora periculum gravis damni, aut præjudicii, ut si unus conjugum in articulo vel periculo mortis existens liberos habeat, qui illegitimè hæreditati succederent &c. donec Dispensatio Romã, vel à Nuncio Apostolico veniat.

54 III. Si periculum incontinentiæ ex dilatione Dispensationis rationabiliter timetur; prout ordinariè timendum, præsertim si conjuges adhuc sunt juvenes, vel singularis affectus, & amor mutuus inter eos viget; inter tales enim pauci tantæ virtutis inveniuntur, ut de eis prudenter præsumi possit, quòd per spatium plarium hebdomadarum sine periculo incontinentiæ, quoad lascivos tactus, morosam delectationem, vel ipsam copulam sint cohabitaturi, postquam diu & frequenter carnaliter jam fuere permixti; etiam si ambo impedimenti sint conscii: Nam si una tantum pars notitiam impedimenti habet, præter incontinentiæ periculum, etiam famæ, vel alterius mali periculum ex dilatione emergit, consequenter necessitatem adhuc magis urgentem efficit: ut proin tam Confessarii, quam Episcopi ad hoc reflectere, atque ex illo urgente necessitate ordinariè adesse prudenter præsumere, ac propterea (si etiam reliquæ conditiones necessario requisitæ adsint) dispensare pro Foro interno debeant Episcopi.

Dicitur autem notanter ordinariè, quia non negamus, quin nonnunquam, & extraordinariè datur casus, ubi abique omni incontinentiæ periculo Dispensatio Romã expectari potest, v. g. si ambo conjuges timentes Deum, & impedimenti sunt conscii, præcipuè si carnali commixtione aliàs non multum sunt dediti, tamen enim si debite instruantur, quòd sub peccato mortali ab omni delectatione, tactu, & copula carnali abstinere debeant, donec Dispensatio inter paucas septimanas Romã veniat, debitam abstinentiam illico & libenter promittent, eamque teste experientiâ servabunt; præsertim si à Confessario moneantur, ut, si periculum interea fore putent, fideliter nunc referant, quatenus aliâ viâ eis succurri queat.

Pariter periculum incontinentiæ abesse censetur, 56 quando solus vir impedimenti conscius, & continere se potens, ratione status vel conditionis suæ, discessum aliquem ad tempus pro impetranda Romã Dispensatione necessarium, facile instituire potest, vel feminam ita modestam habeat, ut nec debitum petere, nec tactus lascivos exercere, vel ad illos allicere soleat. In his itaque ac similibus casibus Episcopus à Dispensatione utique abstinere, & Oratoris ad Pontificem dirigere, vel potius, ut illic confugiant, Confessarius consulere debet; quantumvis aliàs magna & gravis causa dispensandi, & necessitas adsit ita ut sine scandalo, vel præjudicio prolium jam existentium separari nequeant; quia licet ex his habeatur sufficiens & gravis causa; imò necessitas dispensandi, tamen non habetur urgens necessitas, ut Episcopus dispense. Doctus Lector non indignetur, quòd hæc tam simpliciter & prolixè adducantur ac declarantur, quia etiam pro minus doctis, minùsque in Jure expertis scribimus: Quibus ut hæc utpote summè practica materia ad facilem cantum bene explicetur, & declaretur utile & necessarium est.

Quæritur IV. An, & qualiter requiratur, ut conjuges putativi Matrimonium (si prius jam contractum est) contraxerint bonâ fide, & præmissis Denuntiationibus? Resp. I. Ut Episcopus pro Foro conscientie dispensare valeat, necessariò insuper requiratur, quòd Matrimonium (si jam contractum est) contractum sit bonâ fide, id est, cum probabili ignorantia obstitentis Impedimenti. Sanchez lib. 2. Disp. 40. n. 4. Bosco de Matrim. Disp. 12. sect. 13. Concl. 3. nu. 148. & seqq. Engel de Matrim. contra Interdict. Eccles. contract. n. 11. Ledesma, Lopez, & alii. Ratio est; quia illi, qui malâ fide contrahunt, à Jure indigni declarantur Dispensatione, arg. c. fin. de Immunitat. Ecclesiast. & Concil. Trident. Sess. 24. de Reformat. Matrim. cap. 5. ubi expressè ita decernitur: Si quis inter gradus prohibitos scienter Matrimonium contrahere presumpserit, separatur, & spe dispensationis caret: idque in eo multò magis locum habeat, qui non tantum contrahere sed consummare ausus fuerit. Consequenter, cum Episcopi potestas dispensandi præcipuè innitatur tacto & præsumpto consensu Pontificis, non potest exerceri contra expressam ejusdem mentem; quia juxta tritum illud: Præsumptio cedit veritati. I. Imperatores. ff. de Probat.

Notandum tamen hic cum Sanchez loc. cit. Bosco loc. cit. nu. 164. ad hoc, ut quis ad propositum dicatur malâ fide contrahere, non esse satis icire, & esse memorem, se prius carnaliter jam fuisse mixtum cum consanguinea, v. g. per orâ illius, cui modo vult nubere, sed requiri etiam scientiam & notitiam Juris, seu practicam, id est, talem, quâ scit, inde ortum esse impedimentum contrahendi Matrimonium cum ea, cum qua runc vult contrahere. Ratio est; quia, ut quis spe Dispensationis carere debeat,

debeat, Concilium Tridentinum expressè requirit, quòd quis inter gradus prohibitos scienter Matrimonium contrahere presumpserit; nequit autem dici scienter inter prohibitos gradus contrahere, qui ignorat gradum prohibitum inter se & Sponsam adesse, ergo. Nec refert, si sit ignorantia crassa; siquidem quando Lex aut Decretum petit aliquid fieri scienter (prout fit in proposito) excusat quævis ignorantia quantumvis crassa; dummodò absit dolus, ut post Sylvestrum v. Ignorantia. q. 8. dub. 4. Bart. in l. Si adulterum. pr. ff. ad Leg. Jul. de Adulter. & alibi bene advertit Sanchez loc. cit.

59 Porro non sufficit unam partem contraxisse vere malâ fide, sed requiritur mala fides utriusque ad hoc, ut juxta præfatam dispositionem Juris indigni reputentur Dispensatione. Hinc si una saltem pars ignara impedimenti bonâ fide Matrimonium contraxit, poterit Episcopus (si cætera requisita adsint) cum utraque parte dispensare. Sanchez loc. cit. nu. 4. Engel h. t. nu. 11. & alii. Ratio est; quia ista dispensationis incapacitas statuta fuit in pœnam contrahentium malâ fide: ibi: eisdem subji-ciatur pœnis; in pœnis autem benignior est interpretatio faciendâ, c. In pœnis. de Reg. Jur. in 6. Nam odia restringi, & favores ampliari. c. Odia. eod. Accedit, equum non est, puniri innocentem ob alterius culpam, arg. c. Non debet. eod. in 6. ibi: Non debet aliquis alterius peccatorum.

60 Resp. II. Ut Episcopus dispensare pro Foro conscientie valeat, necessariò etiam requiritur, ut præter bonam fidem Matrimonium (si jam contractum est) sit contractum in facie Ecclesiæ præmissis Denuntiationibus. Sanchez de Matrim. lib. 2. Disp. 40. n. 4. Bosco de Matrim. Disp. 12. sect. 13. n. 149. arg. c. Cum inhibito. de Claudefin. Despons. ubi Pontifex rationem apponit; cum taliter contrahentes (id est sine denuntiationibus, aut clandestinè) non expertes scientiæ, vel saltem affectuose ignorantia videantur. Adhuc clarior Concil. Trident. cit. Sess. 24. de Reform. Matrim. cap. 5. ibi: Quòd si ignorantem id fecerit; si quidem solemnitates requisitas in Matrimonio neglexerit, eisdem subji-ciatur pœnis. Rationem adjungit: Non enim est dignus, qui Ecclesiæ benignitatem faciliè experiatur, cujus salubria præcepta temerè contempserit. Si verò solemnitatibus adhibitis impedimentum aliquod postea subesse cognoscatur, cuius ille probabilem ignorantiam habuit, tunc facilius cum eo, & gratis dispensare poterit.

61 Notandum tamen cum Sanchez loc. cit. memoratas pœnas contrahentes non afficere, si Denuntiationes de licentia vel dispensatione Episcopi omit-tant, quia tunc dici non possunt, præcepta Ecclesiæ neglexisse, vel temerè contempnisse, prout tamen ad pœnam hanc incurrendam Concilium Tridentinum requirit.

Cæterum dicitur in utraque Conclusione n. 57. & n. 60. postâ; si jam contractum est Matrimonium, idque ob sequentem Questionem. Nam

62 Quæritur V. An semper etiam necessariò requiratur, ut Matrimonium in facie Ecclesiæ actu jam sit contractum? Resp. quamvis ad hoc, ut Episcopus in foro conscientie super occulto Impedimento dispensare valeat, ordinariè requiratur, ut Matrimonium in facie Ecclesiæ bonâ fide saltem unius actu jam sit contractum, tamen si urgentissima necessitas adesse (quæ non nisi rarissimè contingere potest) ante Matrimonium contractum dispensare valerit. Sanchez de Matrim. lib. 2. disp. 40. num. 8. quem sequuntur Pontius de Matrim. lib. 8. cap. 13. n. 6. Bosco de Matrim. Disp. 12. sect. 13. Concl. 3. à nu. 165. Barbosa de Offic. & potest. Episc. allegat. 35. nu. 5. Gobath. in Theolog. experiment. tr. 9. nu. 581. Palao, Reginaldus, Bonacina, Reiffenstuel Jus Can. Tom. IV.

Perez, Diana, Tamburinus, Dicastillo, Hurtado, & alii. Prima pars conclusiois ex eo patet, quia super Impedimento etiam occulto nunquam dispensare potest Episcopus, nisi adsit necessitas urgens, per dicta supra num. 49. atqui vix, aut non nisi rarissimè contingit casus, in quo necessitas ita urgeat, ut Matrimonium non possit differri, donec Dispensatio Romã veniat; præsertim cum deficientibus aliis diffrendi causis, & prætextibus, conscius Impedimenti facile possit instituire aliquam peregrinationem, vel simulare (non mentiri) aliquam infirmitatem.

63 Altera verò pars licet variè, & fusè à DD. citatis probetur, optima tamen videtur probatio, quòd rationes supra allatæ n. 15. pro Dispensatione post Matrimonium militent etiam pro Dispensatione ante Matrimonium in urgentissimo casu, sicuti consideranti patet in casu, quem ponit Sanchez loc. cit. Barbosa, & alii: v. g. Desponsati aliqui certum diem jam determinarunt ad solemniter celebrandas Nuptias, ad quas omnia etiam jam parata, hospites invitati, vestes nuptiales confectæ, & reliqua omnia ita preparata sunt, ut de Nuptiis nemo amplius dubitet; pridè autem Sponsus vel Sponsa Sacramentalem Confessionem deponens, primùm rescit, quòd laborè occulto Impedimento dirimente, Affinitatis v. g. contractæ perfectâ copulâ carnali prius cum sorore Sponsæ habitâ: In tali casu, si consideratis prudenter considerandis non apparet, quòd aliquâ viâ Matrimonium sine periculo infamiæ, scandali, aut maximæ confusionis differri possit (prout ordinariè fieri posse non videtur) Episcopo ob rationes supra n. 15. allatas, potestatem in Foro interno dispensandi omninò competere citati, & communiter alii fatentur DD. quidquid in contrarium dicat Fagnanus in s. Nimis. de Filiis Presbyt.

Idem à fortiori dicendum, & Episcopo potest- 64 tas dispensandi attribuenda est, si in tali casu sponsus, vel sponsa primùm rescit, votum Castitatis perpetuum, quod habet, esse Impedimentum impediens Matrimonium, prout dictum est Lib. III. Tit. XXXIV. n. 38.

65 Quæritur VI. An concurrentibus n. 15. allegatis, & præsentis §. declaratis conditionibus possit Episcopus super quovis impedimento occulto dispensare pro foro conscientie? Resp. Responsum super quovis & solo, super quo potest, & solet dispensare Papa. Engel lib. 4. Tit. XVI. n. 11. & alii. Quòd possit super quovis: Ratio est; quia de quovis tali militat rationes, & argumenta supra n. 15. allegata. Quòd autem possit super solo: patet; quia nulla ratione præsumi potest, Pontificem dare Episcopis consensum ad dispensandum super aliquo impedimento, super quo etiam pro foro conscientie per Sac. Pœnitentiariam ipse dispensare non solet. Nec scitur alicubi vigere consuetudinem tribuentem Episcopo potestatem dispensandi super impedimento aliquo, super quo non solet dispensare Papa: consequenter nulla ratione competere videtur Episcopo talis potestas.

Notandum tamen, quòd licet sint aliqua impedimenta, super quibus potest, & non solet Papa dispensare pro foro externo, tamen vix fit aliquid, in quo potest, & non solet dispensare Papa pro foro interno per Sac. Pœnitentiariam, cum per hanc dispensare soleat etiam in primo lineæ rectæ gradu Affinitatis contractæ ex copulâ illicita, v. g. cum Matre uxoris suæ; consequenter cum Episcopus concurrentibus conditionibus possit juxta dicta, in quo potest, & solet Papa, vixerit aliquod impedimentum, super quo existentibus requisitis conditionibus non possit Episcopus dispensare, si super

super illo dispensare valet Papa. 66 Queritur VII. An haecenus recensita conditiones requirantur etiam ad dispensandum super impedimentis, super quibus dispensare Episcopus valet ex privilegio. Resp. Negativè Omnes. Ratio est; quia ad dispensandum super his sufficit quavis rationabilis causa, ob quam licitè potest, & solet dispensare Papa juxta dicenda infra n. 68. & n. 144. Quænam autem sint causæ rationabiles; ob quas solet Papa dispensare, dicetur §. seq. per totum.

§. III.

De Causis, ob quas validè, ac licitè Pontifex, Nuncios, & Episcopus dispensare possunt, & solent.

S U M M A R I U M.

- 67 Ratio continuationis.
- 68 Causæ, ob quas Episcopus dispensare valet ex speciali facultate, vel privilegio, non sunt confundendæ cum causis dispensandi pro solo foro conscientie jure Ordinario.
- 69 Enumerantur in Compendio causæ, ob quas Papa dispensat.
 - I. Est prerogativa dignitatis Regiæ, vel verè Principalis. Ibidem.
 - 70 II. Est conservatio Familia: Item ut bona maneat in eadem Familia.
 - 71 III. Est excellentia meritorum.
 - 72 IV. Extinctio litis de re magni momenti.
 - 73 V. Gravis inimicitia.
 - 74 VI. Confirmatio, vel conservatio pacis.
 - 75 VII. Evitatio scandali.
 - 76 VIII. Angustia loci: Quando censeatur adesse? Fæmine sibi ipsis maritum querere non debent. Ibid.
 - 77 Angustia loci vim habet, etsi puella in vicinia virum parvam inveniret.
 - 78 Angustia loci non censetur esse in majoribus civitatibus, proprium Episcopum habentibus: Et duob. seqq.
 - 81 IX. Causa est defectus competentis dotis.
 - 82 Sive nubere volens, sive alius eam supplere velit.
 - 83 Censetur etiam adesse, etsi in loco vicino parvam habere possit virum.
 - 84 Sicut etiam, si dos mulieris involuta est litibus.
 - 85 Non item, si defacto careat quidem dote, habeat tamen parentes divites.
 - 86 Nisi ob copiam aliarum prolium eam sufficienter dotare non valerent.
 - 87 Puella censetur pati defectum dotis, etsi spem certam habeat, sufficientem acquirendi cum tempore ex legato, hereditate &c.
 - 88 Vel post mortem parentum.
 - 89 Secus est, si dos ejus præsens sit competens ad nubendum part, licet sit incompetens ad nubendum consanguineo.
 - 90 Quid juris? si puella tempore, quo petit dispensationem, caret quidem dote, post obtentam autem dispensationem sufficienter acquirat. Et n. seq.
 - 92 X. Est ætas mulieris vigesimum quartum annum jam excedentis.
 - 93 Si interd. virum non invenit, qui eam peteret.
 - 94 XI. Est copula habita, & proposita cum consanguinea, vel affine.
 - 95 XII. Est infamia mulieris.
 - 96 XIII. Est locus ad litus maris.
 - 97 XIV. Est Matrimonium bona fide contractum.
 - 98 XV. Est causa generalis dicta ex certis rationabilibus causis.

- 99 Non ob quamvis causam dispensatur in quovis impedimento: Quo majus impedimentum, eo major requiritur causa.
- 100 Sicut etiam quod propinquior gradus, major adesse debet causa.
- 101 Ceteris paribus facilius dispensatur cum Nobilibus, vel Divitibus, quam aliis.
- 102 Dispositio Concilii, quod dispensari non debeat super secundo gradu, nisi cum magnis Principibus, non se extendit ad Affinitatem ex copula illicita: Et duobus seqq.
- 105 Neque ad Honestatem publicam.
- 106 Quid per magnos Principes intellexerit? usque ad num. 110.
 - Principum nomine qui veniant? Ibidem.
 - 110 Cum Regibus, & verè Principibus personis Papa dispensat super impedimento Consanguinitatis in secundo gradu.
 - 111 Item etiam cum verè Nobilibus gravibus de causis.
 - 112 Quænam sint tales graves causæ? Et num. præced. & seqq. usque ad num. 120.
 - 120 Plures minores causæ junctæ æquivalent majori.
 - 121 Dispensat subinde in eodem gradu etiam cum Divitibus, & præcipuis personis alicujus loci: Et quibus de causis? Ibidem.
 - 122 Imò etiam cum plebeis: Et quando? In secundo, & tertio consanguinitatis gradu cum quibus? Et ex.
 - 123 Qua causâ dispenset?
 - 124 Super tertio, & quarto simpliciter, & mixto gradu dispensa cum quovis ex qualibet causa rationabili.
 - 125 Cum quibus, & ex qua causa Papa dispensare potest, & solet super secundo, vel primo & secundo Consanguinitatis gradu; cum i. stem, & ex eadem causa dispensare potest, & subinde solet super primo gradu Affinitatis.
 - 126 Rarius tamen conceditur super primo gradu Affinitatis.
 - 127 In primo gradu Affinitatis ex copula illicita dispensare solet Papa etiam ante Matrimonium & pro Foro externo?
 - 128 Ob quas causas? Et num. præced.
 - 129 Pro foro conscientie solet Papa in primo gradu Affinitatis ex copula illicita dispensare ex quavis causa rationabili.
 - 130 Etiam in linea rectæ gradu primo.
 - 131 Super secundo gradu Affinitatis ex copula licita cum quibus, ex qua causa dispensare solet Papa? Et duobus seqq.
 - 134 Super secundo gradu Affinitatis ex copula illicita dispensat cum quovis ex quavis causa rationabili.
 - 135 Super impedimento publicæ honestatis cum quovis ex quavis rationabili causa dispensat.
 - 136 Difficillimè verò & vix unquam super Paternitate, & Filiatione spirituali.
 - 137 Facilitè verò, & ex quavis causa rationabili super compaternitate, & Commaternitate spirituali.
 - 138 Super impedimento criminis, accedente machinatione in mortem, Papa pro foro externo nunquam dispensat.
 - 139 Benè verò pro interno quamvis non nisi difficillimè.
 - 140 Si Machinatio in mortem abest, dispensat ex causa rationabili.
 - 141 Super impedimento Ordinis, & Voti solemnitis, seu professionis Religiosæ Papa difficillimè, & non nisi ob causam publicam dispensat.
 - 142 Benè verò super votis simplicibus: Et quibus ex causis? Remissivè.
 - 143 Non quavis causa, ob quam Papa dispensare solet, sufficit ad hoc, ut Episcopi jure ordinario dispensare valeant pro foro interno super impedimento occulto.

- 144 Benè verò sufficit ad dispensandum ex privilegio, vel speciali facultate.
- 145 Enumerantur impedimenta, super quibus Episcopi vi speciali facultatis dispensare valent ex quavis causa rationabili.
- 146 Quandonam, & quomodo verificari debeant causæ dispensandi: Item quid, si plures allegatis non omnes verificantur? Remissivè.

Cum ex dictis supra num. 5. constet, dispensationem à quocunque fiat, semper illicitam & sæpè etiam invalidam esse, si absque justa causa fiat, utpote tunc dissipatio potius, quam dispensatio vocanda, meritò tunc indagatur de justis dispensandi causis, postquam in præcedentibus jam satis dictum est, quibus dispensandi potestas competat.

Notandum tamen prius, quod, uti ex Rubrica, §. 1. liquet, hic principèlter agamus de causis, intuitu quarum Pontifex jure ordinario, atque ad Pontificis imitationem, Nuncios vel Episcopi ex privilegio vel facultate sibi specialiter concessa, in foro etiam externo dispensare possunt, & solent. Quælibet enim, & ex qua causa Jure Ordinario Episcopus pro solo foro conscientie dispensare valeat, abundè actum est in præcedentibus duobus §§. à num. 13.

68 Unde ulterius notandum, non esse confundendas causas, ob quas Episcopus pro foro etiam externo dispensare potest ex speciali facultate, vel privilegio, cum causis, ob quas jure ordinario, & absque privilegio dispensare valet pro solo foro interno. Enimverò jure ordinario non nisi ex sola causa magna & urgentis necessitatis, certisque concurrentibus conditionibus pro solo foro interno dispensare potest juxta dicta in duobus §§. præcedentibus, præsertim verò nu. 19. dum econtra, si ex privilegio in casibus sibi concessis, pro utroque foro dispensare valet, nulla requiritur necessitas, sed sufficit quavis alia justa, & rationalis causa talis, ob quam Pontifex dispensare solet juxta dicenda n. 144. Hinc licet causa, ob quam Episcopus Jure ordinario dispensare valet pro foro interno, magna videlicet, & urgentis necessitas sufficit, etiam ut ex privilegio in casibus sibi concessis dispensare possit, etiam pro foro externo, non tamen econtra quavis causa, ob quam dispensare valet ex privilegio, sufficit, ut etiam jure ordinario dispensare queat pro foro interno super impedimentis occultis. Hac distinctione inter dispensationem ex jure ordinario, & ex privilegio Episcopi competentem, causaque illarum non benè observata, nonnulli multum fuere confusi. Hoc notato,

69 Queritur I. Quæ sint causæ, ob quas Curia Romana dispensare solet? Ante responsum notandum, solutionem hujus, & sequentium questionum ex praxi potius, & stylo Curie, quam ex Jure fieri debere: Hinc etiam responsa à priori ex Auctoribus in Curia Romana practicis (inter quos celeberrimus est Pyrius Corrad. Item de Justis) desumptissimas, ac firmavimus. Hoc notato, Resp. Est plures, præsertim sequentes quidem: videlicet 1. Prærogativa personæ. 2. Conservatio Familie, vel ut bona maneat in eadem familia. 3. Excellentia meritorum. 4. Extinctio litis. 5. Gravis inimicitia. 6. Confirmatio pacis. 7. Evitatio scandali. 8. Angustia loci. 9. Defectus dotis. 10. Ætas mulieris. 24. Annos excedens. 11. Copula habita. 12. Infamia mulieris. 13. Locus ad litus maris. 14. Matrimonium bona fide contractum. 15. Causa generalis dicta ex rationalibus causis, seu major taxa pecuniaria. De quibus singulis nunc in specie.

Prima itaque causa est prerogativa dignitatis Regiæ, aut verè Principalis. Et meritò: Tum quia decens est, ut Ecclesia benignam se exhibeat erga Principes Personas, seu suos Defensores, & Patronos: Tum quia timendum, ne, si eis dispensatio denegeretur, pacem turbent, & bono communi Ecclesie noceant. Uti post Perez Disp. 45. de Matrim. sect. 1. benè observat Gobath in Theolog. experiment. tract. 9. num. 604. & alii communiter; ut proin licet respectu harum Personarum nulla in specie allegetur, tamen semper adesse censetur aliqua justa causa, videlicet, vel excellentia meritorum (utpote quæ juxta statim dicenda etiam respectu aliarum personarum sufficit) vel conservatio publicæ tranquillitatis, consequenter bonum commune. Hinc Concilium Trident. dum Sess. 24. de Reformat. Matrim. cap. 5. ordinat, ut in secundo gradu nunquam dispensetur, providè excipit Magnos Principes.

Secunda causa est conservatio familie, ne defuncto hæredis percat iustis, aut nobilitate præcellens familia. Corrad. in Praxi Dispensat. lib. 7. cap. 2. num. 199. & alii. Ratio est, quia conservatio talium familiarum facit pro bono communi juxta dicenda infra. Unde ex hac causa Pontifex etiam cum sacerdotibus & Religiosis dispensat, ut nubere valeant, prout dicetur infra num. 141.

Huc reducunt, inò alii ut distinctam causam adducunt, ut bona intra eandem maneat familia, quatenus in suo splendore, ac dignitate conservari valeat. Casus præcipuè contingit; quando familia alicujus linea sine masculo hærede decedens, pro hærede relinquitur feminarum, cujus hæreditas ne ad extraneos deveniat, dispensare solet Papa, ut alicui ex eadem familia consanguineo nubere valeat. Idem contingere potest, si quæ nobilis instituitur hæres hac conditione, ut alicui ex familia sua pro ejusdem conservacione nubat. Just. in Praxi Dispensat. lib. 3. cap. 13. & 14. Bosco de Matrim. Disp. 12. sect. 13. nu. 226. Henriquez lib. 12. Disp. 13. Gobath loc. cit. num. 606. Ratio est: Tum quia pro bono communi facit, si magne familie conserventur in suo splendore, & opes ejusdem intra eandem remaneant. Sperell. Decis. 131. num. 26. Mantio. de Coniell. lib. 7. Tit. 1. n. 45. arg. L. 1. §. 13. ff. de Ventre inspici. Tum quia illustres familias maximè effigit, si vident bona ejusdem ad extraneos devenire; juxta illud Jerem. cap. 5. Hæreditas nostra versa est ad alienos, domus nostra ad extraneos. Hinc etiam in antiquo Testamento statutum erat, ut femina uni ex propria cognatione nubere.

Tertia causa est excellentia meritorum in Ecclesiis, ratione insignium laborum, vel periculorum in bello v. g. contra Ecclesie hostes vel alios propter Ecclesiam exantlatorem. Corrad. lib. 7. cap. 2. nu. 109. Justis de Dispensat. lib. 3. cap. 12. Barb. ad Concil. Trid. Sess. 24. de Reformat. Matrim. cap. 5. nu. 20. Bosco loc. cit. nu. 262. Sanchez de Matrim. lib. 8. Disp. 19. n. 32. Castro Palao de Sponsal. Disp. 4. punc. ult. §. 2. arg. can. tali. 17. cau. 1. q. 7. ibi: Nisi meritorum prerogativa commendet. Ratio est: Tum quia bonum commune exigit, ut Pontifex erga tales gratum se exhibeat, quatenus alii moveantur ad similia. Tum quia dignum est, ut tales majorem experiantur benignitatem Ecclesie. Hinc benè insert Gobath loc. cit. ex hac causa dispensari cum Centurione, qui in bello Turcico insigniter se gessit. Exemplum hujusmodi dispensationis assertit Pyrius Corrad. in Praxi Dispensat. lib. 7. cap. 2. num. 109.

Quarta causa est extinctio litis vigens inter 72
P 2 Orato-

Oratores; vel eorum parentes, consanguineos, vel affines super re magni momenti v. g. super hereditate, dote, vel aliis bonis, si cuiusmodi lis via Matrimonii extinguit, aut tolli potest, Just. cit. lib. 3. cap. 4. Corrad. in Praxi Dispensat. lib. 7. cap. 2. nu. 54. Bosco de Matrim. Disp. 12. sect. 13. concl. 3. num. 259. & alii communiter. Ratio est, quia extinctio litium bonum commune promovet, & pro conversatione, ac commercio humano plurimum confert. arg. c. Dispensat. de Rescript. in 6. praesertim cum ex litibus saepe maxima scandala, damna, discordiae, & alia peccata oriuntur, quiesque publica turbetur, adeo ut propterea etiam Jura festinent finem imponere litibus arg. l. 2. C. de Re Judicat.

73 Quinta causa est gravis inimicitia; haec enim, si per Matrimonium tolli, & pax procurari potest, etiam inter privatos sufficientem praebet causam dispensandi. Sanch. lib. 8. Disp. 19. num. 8. Bosco loc. cit. Corrad. loc. cit. a num. 65. Just. de Dispensat. lib. 3. cap. 5. Palao de Sponsal. Disp. 4. punct. ult. §. 2. num. 2. cum communi aliorum. Ratio est, quia, cum ex inimicitia publicum bonum laedatur, in si quis ingenuum. §. in Civilibus. ff. de Captivis. innumeraque scandala, peccata, & alia mala sequantur, omnibus profanis, & sacris Scriptoribus, ipsaque quotidianam experientiam testibus aequum est, ut ad eas tollendas pacemque procurandam Papa in Jure dispenset. arg. l. si inimicitia. 9. ff. de His quibus ut indignis, §. c. 2. de Desponsatione impub. ubi bonum pacis pro urgentissima necessitate dispensandi habetur.

Quae autem sint inimicitiae graves, ordinariè relinquuntur arbitrio Judicis Just. loc. cit. num. 19. Menoch. de Arbitrar. Jud. lib. 2. Centur. 2. casu 110. num. 3. in specie censetur gravis, quae vel oritur ex atroci injuria, praesertim, si offensus est cupidus vindictae. Tule. litt. I. concl. 149. vel ex controversia magnae partis bonorum Tule. loc. cit. n. 8. Just. loc. cit. n. 23.

74 Sexta priori vicina, est confirmatio, vel conservatio pacis. Corrad. in Praxi Dispensat. lib. 7. cap. 2. n. 74. Just. de Dispensat. cit. lib. 3. cap. 6. Navar. Bosco, Sanch. & alii. arg. cit. cap. 2. de desponsat. Impub. Ratio est; quia Pax civium plurimum conducit pro bono publico. Clem. Dudum. de sepult. Unde intuitu illius merito receditur à Jure communi, & conceduntur, quae aliàs sunt prohibita. arg. c. Nisi essent. 21. de Prob. & c. Hs de Majorit. & Obedien. can. Hoc quippe. cau. 3. q. 6. Quia jura non tantum de procuranda, sed etiam confirmanda, conservanda, jam acquisita pace merito intelliguntur. Hinc ille versiculus Gloss. in cit. c. 2. de Desponsat. Impub.

Pax ut servetur, moderamen Juris habetur. Imò plures DD. tres has causas videlicet extinctionem litis, inimicitiae deletionem, & confirmationem pacis, pro una, eademque causa reputant, vocantque bonum pacis.

75 Septima, vel potius eadem cum immediatè praecedentibus tribus, causa est evitatio scandali (ubi per scandalum intelligitur occasio, causa, vel periculum peccati v. g. inimicitiae, odii, homicidii, incontinentiae, vel alterius cuiuscunque gravis peccati) Abb. in c. quia circa de Consang. numer. 2. & ibi Joan. Andreas num. 4. Justis loc. cit. num. 2. Sanch. loc. cit. num. 9. Nam universaliter etiam propter evitanda scandala à communi jure receditur arg. c. 2. de Novi operis Nuntiat. ibi: licet opera illa, quae sine mortali peccato committi non possunt, non sunt pro vitando scandalo dimittenda, nec ea debent pro scandalo vitando committi, quae sine peccato mortali committi non possunt; ab his tamen, quae

sine peccato mortali committi possunt, pariter ac dimitti si pro scandalo tollendo cessandum; & eis etiam pro scandalo vitando insistendum: ubi Glossa v. pro vitando scandalo ait; Nota quod pro aliquo scandalo vitando non debet quis mortale peccatum committere; quia utilis scandalum nasci permittitur, quàm venias relinquatur. c. 3. de R. J. alias si aliqua possunt fieri, vel committi sine mortali, detrahendum est Jure. Concordat c. 2. de Temporib. ordm.

76 Octava causa est angustia loci. Sanch. lib. 8. de Matrim. Disp. 19. nu. 12. Palao de Sponsali Disp. 4. punct. ult. §. 2. Bosco de Matrim. Disp. 12. sect. 13. concl. 4. num. 260. Corrad. in Praxi Dispensat. lib. 7. cap. 2. Justis lib. 3. cap. 2. & communis aliorum: ubi per angustiam loci intelligitur talis locus, in quo puella non invenit sponsum sibi aequalem, vel parem, nisi consanguineum aliquem, vel affinem; consequenter si tali nubere non liceret, deberet manere innupta, vel nubere tali, qui vel statu, conditione, aut divitiis inferior, vel etate, moribus, genio aut Religione dispar esset: non enim sola status, generis, aut divitiarum, sed etiam alia ex dictis inaequalitas constituit angustiam loci. Sanchez loc. c. n. 15. Bosco loc. cit. Tule. litt. N. concl. 157. arg. l. Nuptiae. C. de nuptiis. ibi: uti pares sint genere, & moribus junct. c. super eo. 22. de Testib. & Atest. Nec requiritur, an fiat stricta, & exacta perquisitio, an non aliquis impedimentum carens, puellae ad nubendum aequalis invenitur in loco, sed sufficit moralis; imò sufficit, si puella decenter ornata, & quasi exposita ad nubendum, per aliquot annos incedebat, & tamen nullus illam pro sponsa expetiit. Justis de Dispensat. lib. 3. cap. 2. nu. 24. Corrad. loc. cit. cap. 5. num. 18. Sanchez lib. 8. de Matrim. cap. 19. n. 14. Ratio est; quia honestas & pudor puellarum non patiuntur, quòd sibi ipsi viros quaerant. can. Honorarum. 13. can. 32. q. 2. ibi: Non est enim virginalis pudoris eligere maritum.

77 Porro censetur adesse angustia loci, etiam si in vicinia puella posset habere sibi aequalem non consanguineum. Sanchez, loc. cit. num. 13. Bosco de Matrim. Disp. 12. sect. 13. numer. 267. Pontius de Matrim. lib. 8. cap. 21. §. 2. num. 22. Justis loc. cit. num. 70. & alii. Ratio est; quia divitiarum est foeminis extra proprium oppidum nubere, ut sic patris, & matris, consanguineorum, & amicorum consortio destituta acerbum, & quasi solitariam vitam transigant. Accedit declaratio Cardinalium ad instantiam Archiepiscopi Mediol. data 1570. 18. Novemb. ubi expressè ita declaratur; clausula illa, quia virum sibi non consanguineum, vel affinem paris conditionis invenire nequit, verificatur, & justificatur per diligentem duntaxat praesentem in ipso loco mulieris, ut non in locis circumvicinis.

78 Major, & à Doctoribus nimis examinata. summe tamen practica est quaestio, qualis debeat esse locus (qui plerumque oppidum vocatur) ob cuius angustiam dispensatio conceditur: An videlicet debeat esse civitas, urbs, aut saltem insignis, & populosum oppidum, an verò sufficiat, vel potius debeat esse locus magis angustus v. g. parva civitas, commune oppidum, vel pagus. Et quidem Reginaldus, Sanchez, Tannerus, & alii (teste Gobath in Theolog. experiment. tract. 9. n. 648.) loquuntur de sola civitate, urbe, vel loco insigni, aut famoso, oppidove majori, consequenter velle videntur, oppida minoria, & pagos non venire inter loca angusta. Ipse verò Gobath non tantum majora, sed & minoria loca, ac in specie pagos ad praesens angusta loca intelligit, suamque opinionem de locis minoribus ibidem bene probat; quamvis ejusdem, & multò minis aliorum DD. opinio de locis

locis majoribus non subsistat, uti statim dicitur.

79 Nam respondetur ad difficultatem propositam spectando finem, & mentem legis, regulariter non tantum posse, sed etiam debere esse locum minorem, minusque populosum v. g. oppidum non adeò magnum, aut pagum, quando ob angustiam illius, dispensationem impetrare quis vult; adeo ut in civitate, in qua Episcopus sedem habet, & ubi sunt plura, quam trecenta focularia Herdt, oder Feuerstat angusta loci in ordine ad dispensationem non detur, seu non attendatur. Pirrh. Corrad. in Praxi Dispensat. lib. 7. cap. 5. à nu. 40. testans de continua, constanti praxi, & stylo curiae, qui in loco legis habetur. arg. c. Ex litteris de Conflit. & c. cum gravi, de Crimine falsi, unde teste eodem Corrad. nu. 44. in Dispensatione addi solet clausula: dummodo praefata civitas trecentorum foculariorum numerum non excedat. Ratio est; quia credibile non videtur, in loco tam amplo, & populoso inventiri Angustiam loci.

Confirmat tuam opinionem (et bene quoad unam partem) Gobath loc. cit. praxi Germaniae, ubi etiam in pagis habitantes ex causa angustiae loci passim sollicitant, & obtinent Dispensationem.

80 Interit proin, caute ad praesens legentes esse DD. citatos; Executo est verò attendere debere ad qualitates loci, hic enim, si est civitas proprium Episcopum habens, & ita ampla existens, ut trecentos focularios excedere credatur, vel probeat (qualia loca in nostra Diocesi forent Salisburgum, Passavium, Friburgum &c.) Dispensationis litterae exequi non poterunt; prout amplius Corrad. loc. cit. Dicitur tamen notanter, civitas proprium Episcopum habens, quia ad reliquas etiam etiam amplius civitates proprium Episcopum non habentes (quales in nostra Diocesi essent Monachium, Lausshuam &c.) haec restrictio non extenditur, consequenter in eis aequè aliis minoribus locis Angustia attenditur; eò quòd tales civitates Episcopum non habentes, de stylo curiae nec reputentur, nec dicantur propriè civitates, sed simpliciter oppida, vel oppida civitates nuncupata, uti ex notorio stylo cum aliis bene observat, & modo praefato docet Corrad. lib. 7. c. 5. n. 95.

81 Nona causa est defectus competentis Dotis; dum nempe minima vel omninò nullum, vel non competentem habeat dotem ad nubendum alicui ex tali. Sanchez de Matrim. lib. 8. Disp. 10. nu. 16. Bosco de Matrim. Disp. 12. sect. 13. Conclus. 4. num. 261. Corrad. in Praxi Dispensat. lib. 7. c. p. 2. num. 21. Justis de Dispensat. lib. 3. cap. 3. Navar. Pontius, & communis aliorum. Ratio est; quia, nisi in tali casu dispensaretur; sine nuptiis, è innuptae manere, vel inaequali nubere deberent, quòd utrumque bono communi adversaret; cum ex illo periculo incontinentiae, ex isto autem, inaequalitate Matrimonio inflicto passim sequatur exitus. Sanchez loc. cit. Corrad. loc. cit. n. 22.

82 Nec refert an ipse, qui carens competente dote nubere intendit, dotare velit, an verò alius haec cum conditione, ut cum consanguineo, vel affine, aut alui impedimentum habente contrahat. Corrad. loc. cit. nu. 48. ubi addit, non vitari Dispensationis Breve, esse nubere volens in supplicatione asserat, se velle dotare, cum tamen id alius faciat, quia hoc mendacium est circa rem, quae ad dispensationem non confert.

83 Porro censetur adesse defectus dotis competentis, esse haec sufficeret ad nubendum pari in vicinia, vel alio extraneo loco; dummodo sit insufficientis, seu incompetens ad nubendum pari in proprio loco originis. Sanch. loc. cit. n. 16. Corrad. Rejss. Just. Jus. Can. Tom. IV.

loc. cit. nu. 22. & alii. Ratio est eadem, quae supra n. 77. Et quadrat etiam huc Declaratio Cardinalium ibidem allegata.

Idem censetur, si sine nina dote quidem habet, sed litibus involutam, casu quo periculum sit, ne causà cadat; vir autem eam ducere intendens, licet in se suscipere vult, & ratione suae peritiae, vel alterius qualitatibus utiliter potest. Corrad. loc. cit. num. 59. Sanch. loc. cit. nu. 20. Pont. de Matrim. lib. 8. cap. 21. nu. 21. & alii. Ratio est; quia ad pietatem spectat, foeminae ita destitutae subvenire, ne bonorum jacturam patiat. Idem à fortiori dicendum, si is solo tali Matrimonio exdunditur; per dicta supra nu. 72. quia subintrat tunc alia dispensandi causa, nempe extinctio litis seu bonum pacis. de quo ibid.

Controversia autem inter DD. est, an mulier censetur carere dote competente, quae quidem defactò nil possidet, habet tamen parentes divites. Ad quam negativè merito respondet Corrad. lib. 7. cap. 2. nu. 23. Sanchez lib. 8. Disp. 19. nu. 21. Pontius loc. cit. cap. 21. nu. 23. §. 2. Tule. litt. D. concl. 733. & alii. Ratio est; quia parentes sufficientia media habentes tenentur competente dotare: si tam nubere volentem L. fin. C. de Dotis promiss. à n. dos succedat loco legitimae L. unic. §. 11. C. de Rei usor. act. Unde etiam patrens injustè recusans dotem, potest ad eam compelli.

Limitatur tamen praecedens enim doctrina ca. 86. si, quo parens dives quidem est, sed habet plures proles, ita ut competenter dotare non valeat nubere volentem, nisi cum ceteris praesertim masculis praeserat, eique plus tribuat, quàm istis cum tempore dare queat Sanchez loc. cit. numer. 23. Ratio est; quia pater ad id non tenetur, consequenter ipsa à parte rei censetur adhuc carere sufficiente dote.

Alia difficultas est, an famina censetur pati defectum dotis, quae licet defactò nil possidet, tamen spem, aut moralem certitudinem habet, quòd cum tempore sit acquisitura competentem dotem ex donatione, legato, hereditate aut testamento, in quo forsan jam reperitur in litura. Et respondetur affirmativè cum Sanchez 2. loc. cit. 23. Corrad. lib. 7. cap. 2. n. 24. Navar. de Rescript. Confl. 19. in fine, & aliis communiter. Ratio est; Tum quia, cum ad ista nullum à huc jus habeat, & possit voluntas hominis mutari, verè à ihuc dicitur pauper, & carere dote: Tum quia dos datur pro sustinendis oneribus Matrimonii, haec autem statim incipiunt cum ipso contractu Matrimonii, consequenter requiritur dos in re praesens, & non sufficit futura in spe.

Inferitur ex hac ultima ratione etiam tunc adesse defectum dotis, quando parentum bona ita se habent, ut post illorum mortem, quibus filia tanquam necessaria haeres certò succedit, omninò quidem sufficient pro competente Dote; tamen quando parentes superlites sunt, iis ipsinet ad honestam, & statim competentem sustentationem ita indigeant, ut filiam in vivis competentem dotare non valeant, quin ipsi defactum patiantur in necessariis. Sanchez loc. cit. nu. 25. Henriquez de Matrim. lib. 2. cap. 3. nu. 25. Pontius lib. 8. de Matrim. cap. 21. nu. 23. Justis de Dispensat. lib. 3. cap. 3. num. 44.

Alia difficultas: An defectus dotis verificetur in illa, cuius dos competens quidem est ad nubendum alicui pari, sed non ad nubendum consanguineo, vel affini ditiori, aut potentiori eam ducere volenti. Ad quam respondetur negativè. Sanchez loc. cit. n. 17. Pontius loc. cit. nu. 23. & alii. Ratio est; quia Ecclesia non intendit favere puellis,

- ut superiorem, sed ut æqualem acquirant, eò quòd taliter sufficienter jam evitetur periculum incontinentiæ, & mali eventus ex inæquali Matrimonio orti aliàs soliti.
- 90 Major difficultas alia est, an causa incompetentiæ dotis procedat in casu, quo puella verè quidem dote sufficiente caret tempore, quo dispensatio fuit impetrata, antequam tamen illa per Ordinarium executioni mandatur, evadit hæres, & legataria ex testamento, vel intestato, vel aliunde acquirat sufficientia pro competenti dote? Resp. Negativè Corrad. in *Praxi Dispensat. lib. 7. cap. 2. num. 25.* Sanch. de *Matrim. lib. 8. Disp. 19. num. 27.* & alii. Ratio est quia cessat dispensandi causa, at cessante causa cessat effectus. c. *Cum cessante 60. de Appellat.*
- 91 Aliud foret, si puella hæreditatem aut legatum sibi jam pridem factum, & ante obtentam dispensationem primum resciret, postquam dispensatio executioni jam fuit mandata, & Matrimonium contractum; tall enim in casu dispensatio, & Matrimonium valabunt, etiam si hæreditatem accepit. Sanchez loc. cit. num. 28. Corrad. loc. cit. num. 27. Justis lib. 3. cap. 3. numer. 63. Ratio est; quia, cum defectus dotis fuerit allegatus, & Matrimonium contractum tempore, quo præfata nondum accepit, inò inficia fuit juris ad rem, piè credendum est, mentem Pontificis esse pro valore dispensationis, ac dispensationes, & Matrimonium periculis exponantur. Sanchez & Corrad. loc. cit.
- 92 Decima causa est *etas femine*, quæ videlicet 24 annum excedens virum sibi parem hæctenis non invenit. Corrad. in *Praxi Dispensat. lib. 7. cap. 283.* Barbof. ad *Concil. Trident. Sess. 24. de Reformat. Matrim. cap. 5. num. 18.* Pontius de *Matrim. lib. 8. cap. 17. num. 42. in fine.* Justis lib. 3. cap. 8. & alii communiter. Ratio est; quia, sicut leges civiles solent favere puellis 24 annum excedentibus, ita etiam Pontifex; ne in periculo incontinentiæ omnino inuptæ manere debeant. Hæc tamen causa non procedit de viduis; licet enim canones tueantur secundò nubentes contra peccatorem dispositionem Juris Civiliis L. 1. C. de *secund. Nupt.* juxta dicta supra Tit. XXI. de *secundis Nupt.* tamen in hoc puncto curia Romana eis deferre non consuevit, teste stylo. Corrad. loc. cit. Pontio loc. cit. Justis ubi supra cap. 8. n. 11.
- 93 Cæterum, uti supra num. 76. de angustia loci dictum est, non requiritur, ut ipsa puella virum sibi quærat. Corrad. loc. cit. num. 93. dummodò annum 24. tempore dispensationis reverà excedat saltem per diem, vel horam, quòd, si unica dies deesset, Dispensatio non valeret, etsi tempore executionis dictam ætatem excedat. Pontius loc. cit. cap. 20. numer. 2. Justis loc. cit. a numer. 13. & alii. Ratio est; quia Dispensatio est strictè interpretanda juxta communem DD. ut magis dicitur infra.
- 94 Undecima causa est *Copula cum consanguinea*, vel affine, vel alio impedimentum habente perpetrata, & propalata ex imprægnatione v. g. subsecuta prole. Justis de *Dispensat. lib. 3. cap. 17.* Corrad. in *Praxi Dispensat. cap. 3. à numer. 1.* allegans stylo curiæ, quæ stat loco legis. arg. c. *Ex literis de Const. i.* Ratio autem, cur ob hanc causam dispenset Pontifex, est, ut consulatur famæ, & honori mulieris, utpote, quæ aliàs diffamata & inupta maneret, vel certè virum parem acquirere non posset, scandalis etiam inde tinendis, ad quæ vitanda à Jure communi recedere expediret per dicta supra num. 75. Advertendum tamen, quòd, si copula fuit habita sub spe faciliùs propterea impetrandæ dispensationis, id in libello supplicationis exprimi debeat per dicenda infra nu. 183. & notat Corrad. loc. cit. num. 8. Cæterum copula præhabita ritè propofita juxta dicenda infra est una ex urgentioribus dispensandi causis; adeò ut intuitu illius, vel potius ob effectus inde secutos, aut secuturos, Papa non tantum cum Nobilibus, sed & plebeis, etiam in propinquis, v. g. secundo consanguinitatis gradu pro foro externo quoque dispensare solet, ut cum aliis bene advertit Justis de *Dispensat. lib. 1. cap. 4. à n. 322.*
- Duodecima priori multum similis est *Infamia 95 mulieris* inde orta, quòd ob nimis familiarem, aut aliàs suspectum conversandi modum oratorum orta sit suspicio, licet falsa, eos carnaliter sese invicem cognovisse. Corrad. lib. 7. cap. 3. nu. 7. Engel de *Matrim. contra interd. Eccl. nu. 7.* ubi ex hac causa dispensationem à Leone X. factam per extensum adducit. Ratio est, quæ in priori causa, videlicet ne aliàs mulier graviter diffamata, indeque innupta, non sine scandalo remanere debeat.
- Decima tertia causa est, *si locus ad litus maris 96* sit, & propterea continuis piratarum, & fidei Catholice hostium incurfionibus expositus sit, ob quod extraneè difficulter haberi possunt ad nubendum cum hominibus in tali loco existentibus. Corrad. lib. 7. cap. 2. nu. 94. Barbof. ad *Concil. Trident. Sess. 24. de Reform. Matrim. cap. 5. nu. 16.* & alii. Coincidit, & eisdem rationes hæc causa habet cum angustia loci.
- Decima quarta causa est *Matrimonium cum igno- 97 rantia impedimenti bona fide contractum*, maxime si jam est consummatum, & proles subsecuta. Et quidem si hæc jam fuit subsecuta, Dispensatio faciliùs obtinetur. Gutierrez canon. 99 lib. 2. cap. 15. nu. 107. Sanchez de *Matrim. lib. 8. Disp. 19. nu. 33.* Justis de *Dispensat. lib. 3. cap. 16.* Engel loc. cit. num. 7. & alii communiter. Ratio est; Tum, quòd licet proles ex tali Matrimonio aliàs jam sit legitima c. 2. *qui filii sui legitimi*, tamen conservatio parentum in conjugio plurimum conducatur ad bonam educationem prolis, ut bene notat Sanchez loc. cit. Tum quia dissolutio Matrimonii bona fide contracti sine gravibus in omnibus, aut scandalis ratio fieri potest. arg. c. *Quia circa de Consanguin.* Et ex hac secunda ratione dispensatur, etsi proles subsecuta nondum sit, teste Diana, p. 8. *Tract. 3. resol. 93. in fine.* Bosco de *Matrim. Disp. 12. sect. 13. concl. 4. n. 263.*
- Requiritur tamen, ut Matrimonium non tantum sit contractum bona fide, sed etiam in facie Ecclesiæ, & præmissis denuntiationibus ob expressam dispositionem *Concil. Trident. Sess. 24. de Reform. Matrim. cap. 5.* cujus textum vide supra num. 57. quòd, si secus factum, vel Matrimonium mala fide contractum fuerit, in supplicatione exprimi deberet, juxta dicenda infra. §. *seq. num. 157.*
- Decima quinta & generalis causa dispensandi 98 est, *vocata ex certis rationabilibus causis*; dum videlicet oratores ex honesta familia, vel nobiles sine allegatione aliquos certæ causæ petunt dispensationem, allegando causam, vel causas in genere, & rogando, ut Papa cum ipsis dispenset certis ex causis animum eorum moventibus; ob quas etiam Papa dispensare solet, ita tamen, ut majorem composit onem seu taxam pecuniariam solvendam eis imponat, quæ pecuniæ dein ad usus pios pro bono communi applicatur, v. g. Redemptionem captivorum, in auxilium pro expeditionibus contra Turcas, vel infideles, in auxilium pro Missionariis Apostolicis, pro restauratione Ecclesiarum &c. Justis de *Dispensat. lib. 3. cap. 1. n. 11.* Corrad. in *Praxi Dispensat. lib. 7. cap. 2. à num.*

- à numer. 111. Sanchez de *Matrim. lib. 8. Disp. 19. num. 25.* Palao de *Sponsal. Disp. 4. punct. ult. §. 2. num. 2.* Et licet hujusmodi dispensatio de stylo curiæ communiter vocari solet dispensatio sine causa, tamen non fit sine causa animum Pontificis movente, qualis reputatur etiam ipsa major taxa pecuniaria solvenda, & pro bono communi expendenda. Cæterum Executor dispensationis nec de dispensationis causa indagare, nec oratores, qualem causam habeant, interrogare, neque de nobilitate, aut honesta familia oratorum se informare, aut illos, ad probandum adigere, sed dispensationem exequi illic potest, ac debet, prout bene observat Corrad. loc. cit. nu. 115. Justis in *Praxi Dispensat. lib. 3. cap. 1. num. 114.* Sanchez lib. 8. de *Matrim. Disp. 34. num. 24.* ut adhuc dicitur intra de clausulis.
- Præter has allegat Corrad. lib. 7. cap. 2. adhuc aliquas nempe *oratricem filius gravitatem*; Item *pro Belgis*; item *pro Germania*; de quibus vide apud ipsum.
- 99 Queritur II. An ob quamlibet ex dictis causis? cum quolibet? super quovis impedimento Ecclesiastico? Et in quovis gradu dispensetur? Resp. Negativè. Enimverò notandum ex communium omnium sententia, ut inquit Palao de *Sponsal. lib. 4. punct. ult. §. 2.* & videndum apud Sanchez de *Matrim. lib. 8. Disp. 19.* Justis de *Dispensat. lib. 3. cap. 1. à numer. 92.* & alios: primò, quòd quo majus est impedimentum, eò urgentior requiratur causa; quia quò majus est vinculum, eò magis obstat prohibito, hinc gravior requiritur causa, pro dispensanda consanguinitate, quam Affinitate; major pro cognatione spiritali, quam legali: major pro dispensatione in voto solemnium, quam simplicium: major ad dispensandum super impedimento criminis, utriusque vel alterius machinatione accedente, quam si neuter conjugum machinetur: major si plura obstant impedimenta, quam si unum.
- 100 Secundò: pro propinquiori gradu sunt conjuncti oratores, difficilior rursus est dispensatio, & major requiritur causa. Hinc major requiritur causa ad dispensandum in primo, quam secundò; major pro hoc, quam pro tertio; major pro secundo & tertio, quam pro solo tertio; major pro mixto, quam pro simplici gradu. Ratio est; quia quo gradus propinquior est, eo minus decet conjunctio.
- 101 Tertio: quòd cæteris paribus faciliùs dispensetur cum Regibus, Ducibus, & Principibus Perionis, quam cum Nobilibus, faciliùs cum his; quam cum Divitibus, ac magis honestis personis; faciliùs cum istis, quam cum plebeis. Sanchez lib. 8. de *Matrim. Disp. 19. numer. 7.* Palao de *Sponsal. Disp. 4. punct. ult. §. 2. nu. 1.* D. Thom. 2. 2. q. 63. art. 2. ad 2. *Ledesma de Matrim. q. 56. art. ult.* Covar. Bosco, cum communi, & certa aliorum unanimiter demonstrantibus; id fieri absque vitio acceptationis personarum, arg. *Concil. Trident. Sess. 24. de reform.* eò quòd iusta ratio id suadet; cum inde seorsim pax & tranquillitas publica procuratur, vel stabilitur, salusque publica magis à potentibus, quam plebeis dependeat, & multum Ecclesiæ expediat, illos sibi non habere, contrarios, sed faventes. H. N.
- 102 Queritur III. Ex quibus causis, quibusque cum perionis? & in quo gradu consanguinitatis dispensare solet Papa? Ante responsum sciendum, quòd circa Dispensationem super *Consanguinitate, & Affinitate* sequenter fecerit ordinationem *Concil. Trident. Sess. 24. de Reform. Matrim. cap. 5. ibi: In secundo gradu (& à fortiori in primo) nunquam dis-*
- penfetur, nisi inter magnos Principes, & ob publicam causam; ubi per secundum tam affinitatis, quam consanguinitatis gradus intelligitur. prout expressè declaravit Pius V. & tenet cum aliis Sanchez de *Matrim. lib. 8. Disp. 19. n. 3.* Barbof. ad *Concil. Trident. loc. cit. num. 27.* Coninck Tom. 2. *Disp. 33. num. 44.* & alii: Dummodò Affinitas ortum suum habeat ex copula licita, seu conjugali, non verò ex copula illicita, seu fornicaria. Sanchez loc. cit. num. 3. Barbof. & Coninck loc. cit. cum enim Affinitas ex hac proveniens sit longè minus impedimentum, & tantum usque ad secundum gradum se extendat per dicta supra Tit. XIV. n. 47. Concilii Trident. dispositio de illa inelligi non debet arg. c. *odia. de R. J.* quia aliàs respectu personarum non Principum, omnino clausa esset via dispensandi super Affinitate impedimento ex copula fornicaria: quod tamen est contra consuetudinem Penitentiarie Romanæ, atpote quæ pro foro interno (pro hoc enim dispensatio ordinariè petitur super isto impedimento Affinitatis ex copula illicita, hoc ipso, quòd ordinariè ex occulto delicto proveniens, sit occultum) passim, & sine ulla difficultate dispensat, etiam in primo Affinitatis gradu, præsertim post contractum Matrimonium, casu, quo maritus v. g. ante Matrimonium copulam habuit cum sorore uxoris suæ, aut uxor cum fratre mariti.
- Nec dubium est, quin etiam super eadem occulta affinitate in primo gradu dispenset ante Matrimonium, hoc ipso, quòd juxta dicta id Concilio Trident. non adverteretur; præsertim si una ex gravioribus causis v. g. prærogativa personæ, conservatio familiæ, evitatio scandali id expostet.
- De foro externo (casu quo delictum, ex quo oritur affinitas, esset publicum) adhuc minus esset dubium: Tum ob rationem dictam: Tum quia tunc semper una, vel graves adesse causas dispensandi, cum aliàs oratores perpetuò diffamari, & innupti manere, nec non periculo vitæ sæpè expositi esse deberent, præter periculum incontinentiæ, & aliorum scandalorum, uti consideranti patet. & dicitur infra n. 125.
- Pariter per secundum gradum non intellexit impedimentum publicæ honestatis etiam in primo gradu. Sanchez cit. lib. 8. *Disp. 19. nu. 3.* N. varr. de *Consang. & affinit. Consi. 4.* eò quòd sit longè minus impedimentum, adeò ut potestas super illo dispensandi, ex privilegio ordinariè detur Episcopis, uti patet ex consueta formula supra nu. 22. allegata.
- Major difficultas est; quid per Magnos Principes intellexerit Concilium Trident. Et quidem Suarez p. 3. q. 71. *Disp. 31. sect. 2. c. lum. 4.* non nisi illos intelligi putat, qui nulli subdantur Regi, adeoque Principes, Duces, & Comes Regibus subjectos Nomine Principum hic non comprehendit. arg. *Clem. un. de Baptis. ubi Glossa v. Regum. ait: Principatum sumi pro notabili potentatueritò comparando Regiæ Dignitati:* atque ita ibidem docent etiam Anchor. n. 4. & alii.
- Sanchez verò de *Matrim. lib. 8. disp. 19. numer. 107. 2.* præfatum interpretationem tanquam nimis strictam, meritò relictans ait: venire nomine Magnorum Principum etiam Principes Titulares, qui meritò magni domini vocari possunt. Item Nobiles, qui sunt in aliquo potentatu, vel Baroniam; quia hi nomine Magnatum veniunt, teste Bald. in c. *Innotuit. de El. c. lum. penult.* Opulentes verò & Divites nomine Principum ibidem comprehendit negat. Econtra Henriquez lib. 12. de *Matrim. cap. 3. num. 3.* & ipsum sequens Gobath. in *Theolog. experi-*

ment. ar. 9. num. 678. Tambur. lib. 8. de Matrim. ...

108 Facit pro his DD. praxis, consuetudo, & stylus curiae; ...

109 Verum, quidquid fit de mente Concilii, sufficit pro praxi scire, ...

110 Resp. I. Ad questum nu. 102. positum: quamvis Romana Curia ...

111 Resp. II. In praefatis gradibus Papa, seu Curia Eisdem non tantum ...

112 II. Conservatio bonorum intra eandem familiam: de qua cit. n. 70. ...

113 III. Excellentia insignium meritorum in Ecclesia: de qua num. 71. ...

114 IV. Evitatio gravium scandalorum: de qua num. 75. ...

115 V. Est Infamia mulieris nobilis, vel ex copula, vel suspecta ejusdem conversatione cum consanguineo, exorta: de qua num. 92 & 95. ...

VI. Est generalis causa, dicta ex certis rationabilibus causis, si videlicet magna, & extraordinaria solvitur taxa pecuniaria: de qua causa num. 98. ...

VII. Defectus omnium dotis, teste eodem Corrad. loc. cit. n. 46. adducens exemplum. ...

VIII. Inimicitiae laethales Corrad. loc. cit. cap. 2. nu. 73. ubi adducit similem Dispensationem factam ab Urbano VIII. ...

IX. Si Matrimonium bona fide jam esset contractum; vel si quidem mala fide, proles tamen ex illa jam esset concepta; ...

Eandem ferè causas allegat etiam Justis de Dispens. qui insuper cum Sanch. lib. 8. Disp. 19. num. 34. Corrad. lib. 7. cap. 4. num. 19. & communi aliorum etiam bene advenit, quod, si nulla ex praedictis novem gravibus adesset causa, ...

Resp. III. Super eodem secundo consanguinitatis gradu etiam cum opulentiis, nec non cum praecipuis personis alicujus loci dispensare subinde solet Pontifex. I. Propter causam num. praeced. allegatam DD. ibidem citati. II. Propter inimicitias laethales. III. Si patris ducere, & dotare vult dote carentem Sanch. lib. 8. de Matrim. Disp. 19. n. 4. Navar. loc. cit. Justis loc. cit. IV. Ob extraordinariam taxam pecuniariam bono communi applicandam. Henriquez de Matrim. lib. 12. cap. 3. n. 6. & 9. Tambur. de Matrim. lib. 8. tract. 2. cap. 7. §. 2. num. 25. & seq. Gobath. in Theolog. experiment. tract. 9. n. 678. V. Ob praecedentem copulam juxta dicta n. 94. VI. Si plures causae ex levioribus supra recensitis concurrunt.

Resp. IV. Super eodem secundo consanguinitatis gradu dispensare Papa solet cum quovis etiam plebejo, & paupere. I. Ob causam n. 119. allegatam. II. Si patris vult dotare carentem dote. DD. num. 119. allegati. III. Si jam habetur proles ex consanguinea, vel si ex incestu est gravida vel saltem copula habita, etiam patrefacta; ob hanc enim causam passim conceditur dispensatio pro foro externo, ut consanguinei in secundo gradu contrahere valeant, idque tum ob rationes supra dictas: Tum ob bonum prolis: Tum ut oratores evadant periculum vitae; quam ultimam rationem addendam in supplicatione vult Justis de Dispensat. lib. 3. cap. 1. n. 116.

Resp. V. In secundo & tertio consanguinitatis gradu Papa dispensare potest, & solet. I. Cum omnibus, cum quibus juxta haecmodi dicta dispensare solet in secundo, vel primo & secundo mixto.

avg. à Majori ad minus. II. Ob ætatem mulieris cupulvis nondum nuptæ Corrad. lib. 7. cap. 2. n. 82. III. Cum quavis ob angustiam loci, saltem si in supplicatione additur, quod etiam extra originis locum virum hæcenus non inveniit juxta dicenda infra Corrad. loc. cit. n. 111. IV. Ex causa generali allegata supra; dummodo oratores sint de honesta familia, quales omnes censentur esse, qui nullâ turpitudinis notâ laborant. Corrad. lib. 7. cap. 2. num. 118. Tambur. & Gobath. loc. cit. V. Cum quavis ob defectum sufficientis dotis, si Consanguineus ejus dotem minus sufficientem, usque ad competentiam status augere vult. Corrad. cit. lib. 7. cap. 2. nu. 37. VI. Ad tollendas lites magni momenti, vel gravem inimicitiam Corrad. loc. cit. d. numer. 83. Tandem VII. teste Justis de Dispensat. lib. 3. cap. 1. num. 115. solet Papa super secundo & tertio gradu cum quovis dispensare ob quamvis etiam leviorè ex allegatis à num. 69. rationabilem causam; quod etiam testatur Corrad. lib. 7. cap. 3. n. 17.

124 Resp. VI. Super tertio simplici, item super tertio & quarto mixto, nec non super quarto simplici cum quovis ob quamlibet ex nu. 69. allegatis, vel aliam rationabilem causam dispensare licitè potest, & solet Papa. Justis loc. cit. Corrad. in Praxi Dispensat. lib. 7. cap. 3. nu. 16 & alii communiter, teste continuè experientia. Et merito: quia hoc ipso, quod consanguinitas in remotioribus gradibus minus forte constituit vinculum, minorem dispensationi exigit causam per dicta supra num. 99.

125 Queritur IV. Ex quibus causis? cum quibus personis? & in quo gradu dispensare licitè possit, & solet Papa super impedimento Affinitatis? de quo Tit. XIV. §. II. Ante Responsum notandum, distinguere debere inter Affinitatem ex copula licita, & illicita proventientem. H. N. Resp. I. Ex quibus causis, & cum quibus Personis Pontifex dispensare solet super secundo simplici, vel primo & secundo mixto gradu consanguinitatis, ex eisdem causis, & cum similibus Personis dispensare licitè potest, & subinde etiam solet super primo gradu Affinitatis lineæ transverse ex copula matrimoniali ortæ, ita, ut aliquis ducere possit fororem uxoris suæ defunctæ, vel viduam fratris mariti defuncti. Justis de Dispensat. lib. 2. cap. 7. num. 56. ubi ait, innumera esse exempla hujusmodi dispensationis. Et lib. 3. cap. 1. num. 100. Corrad. in Praxi Dispensat. lib. 7. cap. 2. n. 122. ubi duo recentia Dispensationis Brevia per extensum refert, vi quorum Innocentius X. dispensavit cum Nobilibus, quod maritus poterit nubere fororis uxori suæ defunctæ; idque ex sola causa generali, dicta ex certis rationabilibus causis; ob quod tamen procul dubio magna non solvere debuissent taxam pecuniariam per dicta num. 98. Ratio autem conclusionis est: Tum quia Affinitas in primo gradu lineæ transverse jure nature non dirimit Matrimonium juxta dicta Tit. XIV. Tum quia primus gradus affinitatis lineæ transverse comparatur secundo gradu consanguinitatis, ut bene advertit Justis loc. cit. num. 110. citans Gentium in Praxi Curie Archiep. Neapol.

126 Advertunt tamen DD. frequentius, & facilius obtineri Dispensationem super secundo consanguinitatis, quam primo affinitatis gradu ex copula licita; imò eam etiam pro verè Nobilibus non nisi raro, pro reliquis autem rarissime, pro foro externo concedi; unde in conclusione notanter dictum est subinde solet.

127 Resp. II. Si Affinitas oritur ex copula illicita, Pontifex dispensare super primo gradu lineæ transverse potest, & solet etiam ante contractum

Matrimonium, & pro foro externo cum illis, & ob eas causas, cum quibus, & ob quas causas dispensare potest, & solet super secundo consanguinitatis gradu. Justis loc. cit. & etiam lib. 2. cap. 7. à nu. 48. citans communem. Ratio est; quia Affinitas ex copula illicita non inducit inter Affines, scilicet in v. g. cognitam, & consanguineos viri cognoscentis vinculum, vel amicitiam aliquam tam naturalem, ut inter Affines ex copula licita; imò potius oritur odium & inimicitia inter eosdem, ut post Filliuc. bene advertit Justis loc. cit. ut proin Affinitas ex copula illicita tam forte vinculum, vel impedimentum non sit, quam Affinitas ex copula licita. Unde etiam Affinitas ex copula illicita tantum usque ad secundum gradum dirimit Matrimonium. Accedit, quod Dispensatio etiam super primo gradu Affinitatis ex copula illicita non advertitur Concil. Trident. juxta dicta num. 102.

Advertit tamen bene Justis lib. 3. cap. 1. numer. 128 & 116. quod, si pro dispensatione obtinenda quoad forum externum allegetur infamia mulieris (quæ semper adest, si copula jam habetur prolata ex impregnatione v. g.) non sufficiat allegare, mulierem mansam & inmatam, & inmatam, graviaque scandala timeri, nisi dispensetur, sed addi debere, utriusque oratori alias etiam imminere vitæ periculum. Hoc tamen limita, si pro verè Nobilibus sollicitatur Dispensatio, pro his enim abique hoc addito obtineri potest Dispensatio juxta dicta.

Resp. III. Si Affinitas oritur ex copula illicita occultata, potest, & solet Papa in primo Affinitatis gradu pro foro interno, ex causa rationabili quavis dispensare ante, & post contractum Matrimonium. Justis de Dispensat. lib. 2. cap. 7. numer. 49. Gentium in Praxi Curie Archiep. Neapol. cap. 20. num. 9. in additione. Ratio est; Tum, quia Affinitas ex copula illicita est longe minus impedimentum: Tum quia Dispensatio super eadem etiam in primo gradu non advertitur Concil. Trident. juxta dicta supra num. 102. Tum quia ex simili Dispensatione nullum timendum est scandalum, etiam pusillorum, hoc ipso, quod pro solo foro conscientiae in occulto detur.

Intellige conclusionem etiam de primo Affinitatis gradu lineæ rectæ. Ratio est, quia, si Affinitas ex copula illicita oritur, etiam primus gradus jure nature non dirimit, & consequenter in eo Papa dispensare potest, & solet saltem pro foro interno, ita ut quis ducere possit filiam, cujus matrem prius fornicarie cognovit, vel matrem, cujus filius prius carnaliter ac illicitè erat commixtus; prout habet notorius stylus Penitentiarie.

Resp. IV. Super secundo gradu Affinitatis ortæ ex copula licita pro foro externo potest, & solet Papa dispensare. Imprimis cum illis, & ex eisdem causis, cum quibus, & ex quibus causis dispensare potest, ac solet cum consanguineis in secundo gradu. Ratio patet, quia Affinitas est longe minus impedimentum, consequenter à majori ad minus bene fit argumentum, per vulgaria Juris.

Dein super eodem secundo gradu Affinitatis ex copula licita ortæ dispensare etiam solet cum principalioribus Personis alicujus loci; item cum Divitibus, ac etiam cum quibusvis aliis de honesta familia, intuitu universalis illius causæ, dictæ ex certis rationabilibus causis; seu potius ob majorem taxam pecuniariam pro bono communi applicandam. Tambur. lib. 8. de Matrim. tract. 2. cap. 7. an. 25. Gobath. in Theolog. experiment. tract. 9. n. 678.

- 133 III. Super eodem secundo dictæ Affinitatis gradu dispensare solet cum quovis. I. Ob defectum Dotis puellæ. II. Si Matrimonium bona fide jam est contractum. III. Et si proles ex illa jam est concepta. IV. Si ex separatione timentur scandala. Navarr. de consanguinit. & Affinit. Consil. 13. Sanch. lib. 8. de Matrim. Disp. 19. numer. 4. & alii. V. Ob copulam, per dicta num. 94.
- 134 Resp. V. Super eodem secundo gradu Affinitatis ex copula illicita ortæ dispensat cum quovis ex quavis causa rationabili. Communis. Patetque experientia. Et Ratio est; quia secundus gradus Affinitatis ex copula illicita respectu hujus impedimenti jam est remotissimus, utpote ultimus gradus, qui dirimit juxta dicta supra Tit. XIV. de Consanguini & Affinit. nu. 47.
- 135 Queritur V. Cum quibus, & ex qua causa dispensare licite possit, & solet Papa super impedimento publicæ honestatis ex Sponsalibus de futuro provenient? (de quo Tit. IV.) Resp. super hoc impedimento potest, & solet Papa pro utroque foro cum quovis ex quavis causa rationabili dispensare. Communis. Ratio est; quia est unum ex minoribus impedimentis, unde super eodem etiam Episcopi ab urbe longè distantibus specialem facultatem dispensandi concedere solet, uti patet ex copia allegata supra n. 22.
- 136 Queritur VI. Cum quibus, & ex qua causa dispensare solet super impedimento cognitionis spiritalis? (de quo Tit. XI.) Resp. I. Super Paternitate, vel filiatione spiritali, seu super impedimento versante inter levantem, & levatum, tenentem, & confirmatum nunquam, aut vix, & non nisi ex urgentissima causa (qualis v. g. foret periculum vitæ oratoribus ob carnalem eorundem commixtionem imminens) dispensatur. Justis de Dispensat. lib. 2. cap. 5. à num. 72. Sanchez lib. 8. Disp. 24. num. 15. Corrad. lib. 8. cap. 8. num. 15. & alii. Ratio est, quia Cognatio spiritalis assimilatur aliquo modo generationi carnali, unde sicut indecentissimum esset Matrimonium inter patrem & filiam carnalem, sic etiam inter Patrem & filiam spiritualem: Sanchez loc. cit. addens, se nunquam legisse, quod Papa super hoc impedimento aliquando dispensaverit. Affert tamen aliquod exemplum Justis loc. cit. n. 74.
- 137 Resp. II. Potest tamen & solet Papa cum quovis ex qualibet causa rationabili ex supra à num. 69. allegatis dispensare super paternitate, & commatritate spiritali, seu super impedimento cognitionis spiritalis inter baptizantem & levantem ex una, ac baptizati parentes ex altera parte: sicut etiam inter confirmantem & tenentem ex una, ac confirmati patrem & matrem ex altera parte; inter hos enim veritatur compaternitas spiritalis juxta dicta Tit. XI. de Cognatione spiritali. Cæterum de Conclusionem testantur practici Corrad. lib. 8. cap. 8. Justis de Dispensat. num. 72. & alii. Patetque experientia. Hinc benè notandum, quod in supplicatione non sufficiat in genere allegare impedimentum cognitionis spiritalis, sed oportet specificè rem declarare, ut patet, an inter oratores versetur paternitas vel compaternitas spiritalis.
- 138 Queritur VII. Cum quibus, & ex qua causa Pontifex dispensare solet super impedimento criminis? (de quo Tit. VII.) Resp. I. Super impedimento criminis nunquam dispensat Papa pro foro externo, si alteruter in mortem conjugis defuncti machinatus est Corrad. in Prax. Dispensat. lib. 8. cap. 9. Justis de Dispensat. lib. 2. cap. 16. à nu. 60. & alii communiter. arg. can. Si quis vivente. 5. cau. 31. q. 1. ubi ita criminosis sine ulla spe conjugii perpetuo

manere jubentur, si machinatio probata fuerit; quo teste Corrado exactè observat Curia Romana. Et merito: ne aliis detur ansa machinandi in mortem.

Resp. II. Si Impedimentum criminis, machinatione alterius qualificatum, est occultum, dispensatur quidem super eodem pro foro interno in Penitentia, tamen non nisi difficillimè, & urgentissima de causa. Justis loc. cit. num. 65. Corrad. cit. lib. 8. cap. 9. & alii. Imponitur etiam ita dispensatùs gravis penitentia, de qua vide citatos DD.

Resp. III. Super criminis impedimento nullam machinationem fecum habente dispensatur pro utroque foro ex causa rationabili, v. g. si oratrix diffamata & innupta maneret, & scandala verosimiliter orirentur, nisi Matrimonium inter eos sequatur. Corrad. loc. cit. Justis de Dispensat. lib. 2. cap. 16. num. 71. Præcipue verò si Matrimonium jam est contractum. Ratio est; quia, si machinatio reverè abest, impedimentum criminis inter difficilia dispensatum non reputatur; uti inde quæ colligitur, quod etiam Episcopis super illo dispensandi specialis facultas concedi solet, ut patet ex dictis num. 22.

Queritur VIII. Cum quibus, & ex qua causa Pontifex dispensare solet super impedimento Ordinis, & voti solemnis, Professiois nempe Religiosæ? (de quo Tit. VI.) Resp. I. quavis Papa possit dispensare super impedimento Ordinis aut Professiois Religiosæ, ita ut Subdiaconus, Diaconus, Sacerdos, Episcopus Cardinalis, nec non Religiosus, vel etiam Monialis professi possint licite & validè contrahere Matrimonium, tamen id facere non solent sine causa utilitatis publicæ. Sanch. lib. 8. Disp. 8. num. 2. & 3. Cajetan. Cathar. Medin. Valent. & Justis de Dispensat. lib. 3. cap. 1. num. 107. Corrad. in Praxi Dispensat. lib. 8. cap. 10. n. 29. Causas hujusmodi aliquas adducit Gratian. Dysept. forens. cap. 457. usque ad n. 22. & alii. Veluti si Matrimonium sacris initiis, vel Religiosis necessarium est, vel plurimum servit I. Pro conservatione alicujus Regni, casu, quo v. g. solus Religiosus aliquis, vel sacerdos, aut Episcopus hæres existeret. Vel II. Pro conversione Regni, aut Provincie ad fidem, vel conservatione illius in fide. Vel III. Pro extinguendo, vel avertendo magno bello, seu pro acquirenda vel conservanda pace Regni, aut Provincie. Vel IV. Pro conservatione familiæ valde nobilis, ne absque hærede deficiat, quia conservatio Nobilium familiarum etiam pro bono communi servit juxta dicta num. 70. Patetque multiplice experientia, quæ constat, quod varii Pontifices ob has & similes causas communis utilitatis sæpè jam dispensarint etiam cum Episcopis, Cardinalibus, Religiosis, Monialibus, uti videre est apud Corrad. loc. cit. nu. 28. & alios. Recentissimum Exemplum Dispensationis pro conservanda illustri familia adduximus etiam supra Tit. VI. Qui Clerici, vel videntes nu. 16. Rationem & majorem discussionem hujus conclusionis qui desiderat, videat apud Sanch. cit. lib. 8. de Matrim. cap. 8. ubi specialiter etiam demonstrat, quod, etsi validè, tamen licitè non possit dispensare Papa super impedimento ordinis, vel Professiois Religiosæ sine causa publicæ utilitatis.

Resp. II. Super voto simplici servandi castitatem, vel ingrediendi Religionem (quod est tantum impediens impedimentum) non requiritur causa communis utilitatis, sed potest, & solet Papa dispensare ex aliis causis etiam privatis, de quibus vide Lib. III. Tit. XXXIV. de Voto, & Vot. Recepti. à num. 22.

Quæ-

- 143 Queritur IX. Utrum eadem causæ, ob quas juxta hæctenus dicta à num. 69. dispensare potest, & solet Papa, sufficiant, quod super impedimentis Matrimonii possint etiam dispensare Episcopi, vel alii in casibus, in quibus dispensandi potestatem privilegio, vel ex speciali facultate, vel jure ordinario habent? Resp. I. In casibus, in quibus Episcopus jure ordinario dispensare potest super impedimento occulto pro solo foro interno juxta dicta à nu. 15. non sufficit quævis ex dictis causis, sed omninò requiritur magna, seu gravis, simulque urgens causa, vel necessitas. Ita communis. Patetque conclusio ex dictis n. 15. & 68.
- 144 Resp. II. In casibus, in quibus super impedimento Matrimonii dirimente dispensare possunt Episcopi, vel alii ex speciali facultate, vel privilegio, requiruntur, & sufficiunt eadem causæ, ob quas potest, & solet dispensare Papa. Rursus communis. Ratio patet; quia hoc ipso, quod alicui per privilegium vel specialem facultatem committitur super certis impedimentis dispensandi potestatem, quam ipse habet, præsumitur velle, ut eà uti possit ex omni, & sola causa, ob quam ipse dispensare potest, ac solet. Nec justè præsumi potest concedere dispensandi potestatem ex causa, ex qua ipse dispensare non solet, utpote eam insufficientem agnoscens.
- 145 Inferitur, quod Episcopi Germaniæ ex quavis causa ex allegatis à num. 69. dispensare possint cum quovis paupere. I. Super tertio & quarto simplici & mixto gradu Consanguinitatis, & Affinitatis. II. Cum quovis etiam non paupere super impedimento publicæ honestatis. III. Cum quovis super impedimento Criminis, neutro conjugum machinante in mortem conjugis. IV. Super impedimento Cognationis spiritalis, præter levantem, & levatum. Ratio est; quia super his vigore specialis facultatis dispensare valent, ut ratet ex copia facultatum allegata supra n. 22. Ubi sola facultas dispensandi super tertio & quarto gradu restringitur ad pauperes; reliquæ vero facultates universaliter conceduntur, consequenter etiam universaliter de quavis Persona sunt intelligentiæ: Tam quia potestas, seu facultas dispensandi generaliter concessa (non tamen specialiter delegata) tanquam favorabilis, & itè interpretanda est, uti cum communissima & quasi certa aliorum benè docet & probat Sanchez lib. 8. Disp. 2. num. 1. Pontius de Matrim. lib. 8. cap. 4. nu. 13. Sperell. Decision. 112. nu. 16. Justis lib. 1. cap. 2. num. 1. & teste Sanchez omnes arg. c. olim de S. & I. Beneficium ff. de Constit. Princip. Tum qui universim verba generalia generaliter sunt intelligenda c. quia circa. 22. de Privileg.
- 146 Queritur X. Quandoam debeant verificari causæ? nem quid Juris, si plures allegantur, & una tantum, vel non omnes verificantur? Resp. Ad hoc quæstionem patere infra §. 5.

§. IV.

Iis, quæ necessariò exprimi debent in applicatione, ne Dispensatio sub-vel-repitiã, consequenter invalida sit.

SUMMARIUM.

- 147 no Continuationis.
- 148 S. & obreptio quid? remissivè.
- 149 Avertendum sub- & obreptionem Dispensationis, necessariò in supplicatione sunt exprimi, quæ de Jure, vel stylo curiæ exprimi debent.

- Si aliquid eorum etiam ignoranter emittitur, Dispensatio subreptiva est, etsi illo expresso Papa dispensasset: Non item si tantum omittitur aliquid, quo expresso Papa difficultè dispensasset. Ibid.
- 150 Super quocunque impedimento petatur Dispensatio, necessariò debet exprimi I. Ipsum impedimentum in sua specie.
- 151 II. Si plura sunt impedimenta, debent omnia exprimi.
- 152 III. Et quidem in una, eademque supplicatione.
- 153 Nisi forsitan unum impedimentum esset occultum, & alterum publicum: quid Juris tunc?
- 154 Non est necessariò exprimendum, quod Dispensatio super eodem impedimento jam semel petita, & denegata fuerit.
- 155 IV. Si copula allegatur pro causa, quæ habitata est sub spe facilius impetrandæ Dispensationis, debet hoc exprimi.
- 156 Etsi una pars tantum habuerit hanc spem.
- 157 V. Si Dispensatio petitur post contractum Matrimonium debet exprimi, an sit contractum bona vel mala fide.
- 158 Etiam unius tantum.
- 159 Item an sub spe facilius impetrandi Dispensationem?
- 160 Et an etiam consummari?
- 161 Item an in facie Ecclesiæ præmissis denuntiationibus?
- 162 Quæ procedunt de quocunque impedimento.
- 163 Quando petitur Dispensatio super impedimento Consanguinitatis, debet exprimi I. Gradus in specie, quavis si exprimeretur secundus pro tertio non vitaretur Dispensatio, & num. seq.
- 165 II. Pluralitas consanguinitatis. Et quidem in una eademque supplicatione. Ibid.
- 166 III. Debet exprimi gradus etiam propinquus, si oratores inæqualiter distant.
- 167 Constitutio Pii V. desuper.
- 168 Episcopus graviter peccat exequendo literas Dispensationis non expresso gradu propinquo obtentis.
- 169 Differre debet executionem, donec oratores impetrant literas declaratorias perinde valeat.
- 170 Juxta aliquos, Episcopus vel alius delegatus saltem validè exequitur literas Dispensationis non expresso gradu propinquo obtentis.
- 171 Quando gradus propinquus est primus à communi stirpe, debet certo exprimi.
- 172 Propinquus gradus quicunque, si non exprimitur, requiruntur ad validè dispensandum literas declaratorias, illum non obtinere.
- 173 Probatur efficaciter ex Brevis Urbani VIII.
- 174 Frustra impugnetur hoc Breve.
- 175 Quia verè decisivè, & non purè relativè loquitur.
- 176 Urbanus VIII. non correxit Bullam Pii V. sed ei conformiter statuit.
- 177 Et quomodo.
- 178 Bulla Urbani in sensu nostræ sententiæ fuit recepta, & semper in usu apud curiam.
- 179 Affirmat recens simile Breve Innocentii X.
- 180 Responso ad fundamenta Adversariorum.
- 181 Pro foro interno non requiritur gradus propinquus expresso, nec literas declaratorias.
- 182 Causa prolixioris discussionis.
- 183 IV. Debet exprimi, si pro causa Dispensationis allegatur copula, quæ habitata est sub spe facilius consequendi Dispensationem.
- 184 Si copula non allegatur pro causa, non est necessariò exprimenda juxta aliquos.
- 185 Contrarium est verius ac probabilius.

186 Pro-